



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Declaratio, Qvod Gratiae De Non Residendo, & precipiendo fructus ratione
studij non valeant sine consensu Ordinarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

Lectæ & publicatæ fuerunt superscriptæ litteræ Romæ in Cancellaria Apostolica, anno incarnationis Dominicæ 1564. die vero Sabbathi, nona mensis Decemb. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Pij, Papæ 4, Anno 4.

A. Lomellinus Custos.

DECLARATIO, QUOD
GRATIAE DE NON RESI-
dendo, & percipiendo fructus ratione
studij non valeant sine con-
sensu Ordinarij.

SANCTISSIMUS in Christo Pater, ac Dominus noster, Dominus Pius, diuina providentia Papa 4. ad cuius aures nuper peruenit, nonnullos curata, vel alios sacros ordines, aut personalē residentiam requirentia beneficia obtinentes, sub prætextu, quod litteris operam dare cupiebant, post confirmationē Concilij Tridentini, per sanctitatem suam factam, & publicatam secum, ut litterarū studio in loco ubi illud vigeat generale, actu insistendo ratione beneficiorum per eos obtentorum huiusmodi vsq; ad quinquennium, vel aliud tēpus tunc expressum, dummodo infra primum illius annu subdiaconi fieret, ad reliquos ordines promoueri minime teneantur, & tã idem interim, quã alij, etiam ad eosdem ordines, vel eorum aliquem, seu aliquos promoti, quod similiter studentes beneficijs per eos obtentis per Vicarios idoneos, per locorū Ordinarios etiã

con-

cōgrua fructuum beneficiorum huiusmodi
 portione illis assignata, vel aliàs deputādos
 in diuinis deseruiēdo, animarum curā illis
 imminentem exercendo, & alia incumben-
 tia onera supportando, vsq; ad simile tem-
 pus personaliter, in eisdē beneficijs reside-
 re non tenerentur, & nihilominus interea
 oēs eorundem beneficiorum fructus perci-
 pere possent, per ordinariam sãctitatis suæ
 Signaturam, seu Pœnitētiariæ suæ officium
 dispensari, sibiq; pariter indulgeri obtine-
 runt nullum in his vel fraudi, vel circumuē-
 tioni locū, præsertim quoad absentes à Ro-
 mana Curia, de quorum qualitatibus faci-
 lis notitia haberi non potest, quantum hu-
 mana ratione prouideri potest, relinquere
 volens Concilij etiam Tridentini decretis
 inhærendo, huiusmodi dispēsationes & in-
 dulta hætenus concessa, ac tam ipsius pœni-
 tentiariæ, quàm Apostolicas, & alias desu-
 per confectas & conficiendas litteras, pro-
 cessusque habitos, & habendos per easdem
 dictis absentibus nullatenus suffragari, nisi
 singulorum Ordinariorū locorum in qui-
 bus singula beneficia huiusmodi consistunt,
 consensus gratis præstandus ad id accedat,
 Apostolica auctoritate declarauit, decernēs
 irritum, &c.

Placet publicetur & describatur r.

Leſta & publicata fuit supraſcripta Regu-
 la Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno
 Incarnationis Dominicæ 1514. die verò Ve-
 neris 24. mensis Nouemb. Pontificatus præ-
 fati S. D. N. Papæ Anno 5.

A. Lomellinus Cūstos.